

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. 3068 III, k. 30ra–30va

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 56 [Gn. 51]

[56 § 1] ^a-De querinoniis [s] testimoniis circa violencias. Capitulum LIII^a

Quevis querimonia et testimonia, que cum criminosis violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehense et deducte fuerint, virum metseptimus^a protestari opportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, [que] monachalia non fuerint.

[56 § 2] ^a-Quid sit factum manifestum^a

Manifestum factum ibi et dicitur, ubi vir captivatur cum furto aut spolio, deprehensus ad iudicium ducitur cum clamore. Insuper manifestum factum eciam ibi esse dicitur, ubi viri gladius aut cutellus, aut alia litiosa in sua manu deprehensa fuerit, cum quo pacem infregit, aut si in fuga facti deprehensus fuerit, et captivus ad iudicium clamore deductus fuerit. Hunc actor metseptimus^b vincere debet circa ius pacis. [k. 30rb] Et si factum manifestum cum viro ad iudicium deductum fuerit, sicut est <de protestacione criminum et ipsa querela^c> stuprum, obsidium, irruencia domicilii, homicidium, furtum, spolium, tunc homo probare debet protestando metseptimus^b. Si vero vir de istis conqueretur, extunc sua querimonia sic debet procedere: „Domine iudex, ecce conqueror Deo et vobis, quod hic homo venit inter nupcialia^d [s], et in me pacem violavit, et me stupravit et spoliavit in corpore et in rebus et honore muliebri^e, de quo sufficiens habeo testimonium per hos, qui meum clamorem audiverunt, et ostendere volo factum, ut de iure teneor et debeo, et requiro in sentencia diffinitiva, quomodo ipsum vinci [s] debeam, ut michi proficiat in iure meo”. Extunc ille petat satisdacionem, si vult, quomodo sibi facere opportet, et dicat de facto se esse innocentem. Tutor mulieris tunc interroget in sentencia diffinitiva, si femina violenciam melius protestari poterit cum [k. 30va] hiis, qui clamorem suum audierunt, quam ille possit evadere, cum ad iudicium sit deductus. Tunc diffinitur iure, quod possibilius possit ipsum vincere cum hiis, qui clamorem suum audierunt, quam ille evadere possit. Et si hoc protestabitur, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super irruenciam domicilii iudicatur.

^{a-a} czerwonym inkaustum; ^b w rkp. met vii; ^c na marginesie; ^d w innych tekstach Weichbildu municipalia; ^e w rkp. muliebre

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiód़m, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]